

ultra Corinthum, regiones, progrediemur, Evangelii prædicandi gratiâ.

NON IN ALIENA REGULA, IN HIS QUÆ PRÆPARATA SUNT, GLORIARI. Græc., in parata gloriari, id est, non gloriari, seu gloriam nostram non querentes. In aliena regnâ, id est, in alienis terminis, seu in provinciâ aliis à Deo assignatâ. In his quæ præparata sunt, id est, seu non in locis per aliorum labores præparatis.

Sciendum est, ait D. Thomas, quòd prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione suâ : unum est ut conversi ad prædicationem suam proficiant in melius : aliud ut per ipsos conversos alii convertantur. Et quantum ad ista duo sperat Apostolus augeri gloriam suam de Corinthiis : 1^o de profectu eorum in melius : 2^o in conversione aliorum, ad quos fama fidei Corinthiorum pervenerit ; quosque propterea facilius convertet Apostolus. D. Thomas.

populos evangelizare spero. Non in aliena regulâ, in his quæ præparata sunt gloriari ; q. d. : Nolo aliorum novalia excolere, sed prius mea ipse novalia facio, deinde excolo, ipse prius ubique fidem planto et prædico, Rom. 15.

VERS. 17. — Qui autem gloriatur, etc. id est, cum illa gloria illi ferit à Domino delata et approbata, gloriatur in Domino Christo, id est, de his tantum gloriatur, quæ à Deo per Christum accipit, atque ab eo se accipisse agnoscat ; et totum quod credit ad gloriam suam, refert in Deum.

Corollarium, pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.

Plurima et varia superior ecclesiasticus habet in toto hoc capite notanda sancti regiminis exempla et documenta.

Primum. Auctoritas eum humilitate semper miscenda ; hoc superiorem docet exemplum D. Pauli, minacis simul et humilis, v. 4. Vide in commentario.

Secundum. Inventus punit prælati, Christi Domini, prælatorum prælati, mansuetudinis semper memor. Hoc et docet D. Pauli exemplum, v. 4.

Tertium. Quocumque modo se gerat superior, sive ignoret, sive punit, sciat et expectet ab aliquo se improbandum. Quid tunc prælato faciendum ? Agat coram Deo quod suum est ; patiat ab hominibus quod Deo bene visum fuerit. Hoc docet doctrinâ et exemplo S. Pauli, v. 2, 5.

Quartum. Quid sit superior ecclesiasticus ? Dux militiæ spiritualis sub imperatore Christo. Quæ sunt arma quibus in hæc sacra militiâ uti debet prælatus ? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, ora-

CAPUT XI.

1. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ ! sed et supportate me :
2. Amulor enim vos Dei emulatione. Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.
3. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ, ita corruptantur sensus vestri, et excidant à simplicitate quæ est in Christo.

4. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat,

Notat D. Chrysostomus, quòd regula ac mensura vocabulis usus sit Apostolus ; 1^o velut ad orbis terrarum possessionem, præstantissimamque hæreditatem profectus ; 2^o ut ostendat totius buhis negotii summam divini beneficii esse ; ideòque nihil nobis ascribendum, sed totam gloriam Deo reddendam. Hinc

VERS. 17. — QUI AUTEM GLORIATUR... Græc., à gloriari, in Domino gloriatur ; quasi diceret : Quid de gloriâ loquor ; qui vult in aliquo gloriari, GLORIETUR IN DOMINO, à quo accepit omnia, et ad quem omnia referre debet ; gloriatur et in Domino, quòd sit ejus.

NON ENIM QUI SEIPSUM COMMENDAT, id est, laudibus effert, ILLE PROBATUS EST ; seu, nostra prælimina non verè nos laude dignos efficit.

SED QUEM DEUS COMMENDAT, id est, sed ille verè laude dignus est, quem Deus ipse commendat, seu talem demonstrat per opera, quæ per eum efficit. Non oportet, ait Theodoretus, nobis ipsis tribuere virtutis testimonium, sed divinam expectare sententiam.

VERS. 18. — Non enim qui seipsum commendat, etc. ; id est, commendabilem, ex his quæ verè per eum operatur, ostendit. Nam Deus, ut adnotat Thomas, est causa totius boni operis per homines facti. Vel, quem Deus commendat, id est, cui Christus per meritum suum verè communicat ea per quæ commendatur. Opposit hæc duo, gloriari in se, et gloriari in Domino ; gloriari in se, est seipsum commendare ; in Domino autem gloriari, est à Domino commendari, et in Domini commendatione gloriari.

Corollarium, pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.

tio, charitas. Vide v. 5 et 4. His armis Apostoli, per Dei potentiam, fortes facti sunt, vicierunt regna, mundum universum ad obedientiam Christi redegerunt, v. 4, 5, 6. Speret superior iisdem armis utens, quòd illi non deerit virtus Spiritus sancti, ad subditos suos in obedientiâ Christi continendos.

Quintum. Ad quid instituta est potestas ecclesiastica ? Ad ædificationem, non ad destructionem, v. 8. Quid ergo continè debet intendere prælatus ? Subditos ædificare, sanctificare, salvare, ad hoc eis semper prodesse, nunquam nocere. Hujus ergo finis semper memor, ad eum omnia sua refert, etiam mixta et punitis. Se medicum, se patronum, se patrem esse perpetuò recordetur, v. 6.

Sextum. Intra limites suæ jurisdictionis sese continet, v. 12, 13, 14.

Septimum. Expectet à Domino commendari, non ab hominibus, v. 17.

CHAPITRE XI.

1. Plût à Dieu que vous voulussiez un peu supporter mon imprudence ! et supportez-la, je vous prie.
2. Car j'ai pour vous un amour de jalousie, et d'une jalousie de Dieu, parce que je vous ai fiancés à cet unique époux, qui est Jésus-Christ, pour vous présenter à lui comme une vierge toute pure.

3. Mais l'appréhension qu'ainsi que le serpent séduisit Ève par ses artifices, vos esprits ne se corrompent, et ne dégèrent de la simplicité chrétienne.

4. Car si celui qui vient vous prêcher vous annon-

quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accepitis, quem non accepitis, aut aliud Evangelium, quod non recepistis, rectè pateremini.

5. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis.

6. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ : in omnibus autem manifestati sumus vobis.

7. Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians ut vos exaltemini : quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis ?

8. Alias Ecclesias expoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

9. Et cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui ; nam quod mihi deerat, supplerunt fratres, qui venerunt à Macedonia : et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo.

10. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaie.

11. Quare ? Quia non diligo vos ? Deus scit.

12. Quod autem facio, et faciam ; ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriatur, inveniantur sicut et nos.

13. Nam ejusmodi pseudo-apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.

14. Et non mirum : ipse enim Satanæ transfiguratur se in angelum lucis.

15. Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.

16. Iterum dico (ne quis me putet insipientem esse, aliquin velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid gloriari) ;

17. Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientiâ, in hæc substantiâ gloriæ.

18. Quoniam multi gloriantur secundum carnem : et ego gloriabor.

19. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.

20. Sustinetis enim si quis vos in servitutum redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cadit.

21. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuimus in hæc parte. In quo quis audet (in insipientiâ dico), audeo et ego :

22. Hebraei sunt, et ego : Israelite sunt, et ego ; semen Abrahæ sunt, et ego :

23. Ministri Christi sum (ut minus sapiens dico), plus ego ; in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequentius ;

24. A Judeis quinquies, quadragenas, unâ minus, accepi.

25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci ; nocte et die in profundo maris fui.

26. In itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex genti-

cait un autre Jésus-Christ que celui que nous vous avons annoncé, ou s'il vous faisait recevoir un autre Esprit que celui que vous avez reçu, ou s'il vous prêchait un autre Évangile que celui que vous avez embrassé, vous auriez raison de le souffrir.

5. Mais je ne pense pas avoir été inférior en rien aux plus grands d'entre les apôtres.

6. Car si je suis grossier et peu instruit par la parole, il n'en est pas de même pour la science. Mais nous nous sommes fait assez connaître parmi vous en toutes choses.

7. Est-ce donc que j'ai fait une faute lorsque, afin de vous élever, je me suis rabaisé moi-même en vous prêchant gratuitement l'Évangile de Dieu.

8. J'ai dépouillé les autres Églises, en recevant d'elles l'assistance dont j'avais besoin pour vous servir :

9. Et lorsque je demeurais parmi vous, et que j'étais dans la nécessité, je n'ai été à charge à personne ; mais nos frères, qui étaient venus de Macédoine, ont suppléé aux besoins que je pouvais avoir ; et j'ai pris garde à ne vous être à charge en quoi que ce fut, comme je le ferai encore à l'avenir.

10. La vérité de Jésus-Christ est en moi, qu'on ne me ravira point cette gloire dans toute l'Achaïe.

11. Et pourquoi ? Est-ce à cause que je ne vous aime pas ? Dieu les sait.

12. Mais je fais ce à et je le ferai encore afin de retrancher une occasion de se glorifier à ceux qui la cherchent, en voulant paraître tout-à-fait semblables à nous pour trouver en cela un sujet de gloire.

13. Car ces personnes sont de faux apôtres, des ouvriers trompeurs qui se transforment en apôtres de Jésus-Christ.

14. Et on ne doit pas s'en étonner, puisque Satan même se transforme en ange de lumière.

15. Il n'est donc pas étrange que ses ministres aussi se transforment en ministres de la justice ; mais leur fin sera conforme à leurs œuvres.

16. Je vous le dis encore une fois, que personne ne me juge imprudent : ou au moins, souffrez-moi comme imprudent, et permettez-moi de me glorifier aussi un peu.

17. Croyez, si vous voulez, que ce que je dis, je ne le dis pas selon Dieu ; mais que je fais paraître de l'imprudence dans ce que je prends pour un sujet de me glorifier.

18. Puisque plusieurs se glorifient selon la chair, je puis bien aussi me glorifier comme eux.

19. Car étant sages comme vous êtes, vous souffrez sans peine les imprudents.

20. Vous souffrez même qu'on vous asservisse, qu'on vous devore, qu'on prenne votre bien, qu'on vous traite avec hauteur, qu'on vous frappe au visage.

21. C'est à ma confusion que je le dis ; car je reconnais que nous avons été faibles en ce point. Mais pour ce qui est de des autres avantages qu'ils osent s'attribuer eux-mêmes, je veux bien faire une imprudence en me rendant en cela aussi hardi qu'eux.

22. Sont-ils Hebreux ? je le suis aussi. Sont-ils Israélites ? je le suis aussi. Sont-ils de la race d'Abraham ? j'en suis aussi.

23. Sont-ils ministres de Jésus-Christ ? quand je devrais passer pour imprudent, j'ose dire que je le suis encore plus qu'eux. J'ai plus souffert de travaux, plus reçu de coups, plus enduré de prison ; je me suis souvent vu tout près de la mort ;

24. J'ai reçu des Juifs en cinq différentes fois quarante coups moins un.

25. J'ai été battu de verges par trois fois ; j'ai été lapidé une fois, j'ai fait naufrage trois fois ; j'ai passé un jour et une nuit au fond de la mer ;

26. J'ai été souvent dans les voyages, dans les périls sur les fleuves, dans les périls des voleurs, dans les périls de la part de ceux de ma nation, dans les périls de la part des païens, dans les périls au milieu des villes, dans les périls en milieu des déserts, dans

bus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

27. In labore et arumnâ, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis, in frigore et nuditate :

28. Præter illa que extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.

29. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?

30. Si gloriari oportet, que infirmitatis mee sunt, gloriabor.

31. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quod non mentor.

32. Damasci prepositus gentis Arete regis, custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet :

33. Et per fenestram in sportâ dimissus sum per murum, et sic effugi manus ejus.

ANALYSIS.

In hoc capite Apostolus, sancto Dei zelo pulsus, et verâ necessitate coactus, totus est in semetipso, ut ministro Christi commendando, et in pseudo-apostolis, ut Satanae ministris acrimendis. Laudes ergo suas dicere coactus, v. 1 veniam sibi precatur, si quasi insipienter agat. Ad hoc, inquit, adigor sanctâ zelotypiâ, quâ pro Christo erga vestras animas laboro.

§ 2 et 3. Explicat hanc zelotypiam. Ex unâ parte, ego velut paravinipsum, vos omnes, seu vestram Ecclesiam, per fidem, Christo Domino despondi, eamque ipsi virginem castam exhibere volo. Ex alterâ parte, vereor ne Satanas, per hos pseudo-apostolos, mentes vestras corrupat errore, sicut Evam per serpentem seduxit astutiâ. Hinc meus pro Christo, et pro salute vestrâ zelus. Et hinc me, apostolorum vestrorum commedere cogor: hos verò pseudo-apostolos, Satanae ministros, deprimerem, ne cum salutis vestræ periculo, illos mihi apostolo Christi præferatis. Et hinc insipientiam meam, si quæ sit, patienter tolerare debetis, quia vestram ago causam, non meam.

Sic quasi præfatus; v. 4, Corinthiis improperat, quod immeritò tales pseudo-apostolos, sibi Paulo, præponant: cum vos nihil doceant illi, quod ego Paulus prius non docuerim.

§ 5. Imò verò vos non minus perfecta docui, quam, non dico pseudo-apostoli, sed veri, et primarij apostoli, Petrus, Joannes et Jacobus doceant.

§ 6. Esto pseudo-apostoli sint nobis verborum pompâ inflatores, sed non sunt in rebus divinis doctores; et aliunde in omnibus omnino apertè vobiscum ago, non astutè et dolosè, sicut illi.

§ 7. Corinthiis acriter pungit, interrogans eos, an

PARAPHRASIS.

1. Insanum quidem est semetipsum laudare: utinam verò hæc in me insipientiam tantisper patiamini; ad id cogor: itaque, queso, me tolleretis.

2. Ad hoc, inquam, adigor, non philantia, sed divini zelotypiâ, quâ erga vestras animas laboro: ego enim tanquam pronubus vos, seu vestram Ecclesiam,

les périls sur la mer, dans les périls entre les faux frères.

27. J'ai souffert toute sorte de travaux et de fatigues, les veilles fréquentes, la faim, la soif, les jeûnes réitérés, le froid et la nudité.

28. Outre ces maux extérieurs, le soin que j'ai des Eglises attire sur moi une foule d'affaires qui m'assiègent tous les jours.

29. Qui est faible, sans que je m'affaiblisse avec lui? Qui est scandalisé, sans que je brûle?

30. S'il faut se glorifier de quelque chose, je me glorifierai de mes peines et de mes souffrances.

31. Dieu, qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et qui est béni dans tous les siècles, sait que je ne mens point.

32. Etant à Damas, celui qui était gouverneur de la province pour le roi Aretas faisait faire garde dans la ville pour m'arrêter prisonnier;

33. Mais on me descendit dans une corbeille par une fenêtre le long de la muraille, et je me sauvai ainsi de ses mains.

in hoc apud eos peccaverit, et idèd postponent illum, quia humilis factus est apud eos, ut illos exaltaret apud Deum, et quia gratis Evangelium eis prædicavit?

§ 8 et 9. Hoc exaggrat, apud vos existentes, pro vobis laborans, omnibus indigenis, nihil à quoquam vestrum recepi, sed necessaria à Macedonibus habui, licet pauperibus.

§ 10. Ne putent autem hoc ab eo dici, ut nunc saltem donent; asseverat etiam sub juramento, quod in Achaia nusquam quid accipiet, ut pseudo-apostolis os obturet.

§ 15. Vivis eos depingit coloribus; fallaces et dolosi sunt operarii; apostolorum quidem larvam circumferunt: at veri sunt Satanae ministri, quorum finis erit miser et malus.

§ 16. Iterum veniam peti, si quid ad laudem suam dixerit; hancque eò facilius sperat ab illis, quod et pseudo-apostolos patientur, non verbis tantum iactabundos, sed et operibus onerosos; scilicet rapaces, devotiores, contumeliatores.

§ 21. Per ironiam, et profectò gratam, fatetur quod in hoc quidem sit pseudo-apostolis inferior: at in nullo alio, sive naturâ, sive gratiâ dono.

§ 22. Quoad naturam, si Hebræi sunt, et ego; quoad gratiam, si Christi ministri sunt: cum verècundiâ quidem, at cum veritate dico, quod plus ego.

Hanc veritatem in reliquo capite probat per labores plurimos, quos pro Christo suscepit; per passionem corporis, quas toleravit in corpore; per sollicitudines animi sui pro omnibus Ecclesiis; per charitatis suæ condensationem pro infirmis; per dolores suos pro scandalizatis.

uni viro, Christo scilicet, despondi; et eam volo virginem castam illi, velut marito exhibere.

5. Vereor autem ne sicut Satanas, sub figurâ serpentis latens, Evam seduxit astutiâ suâ; ita per hos pseudo-apostolos, ministros suos, mentes vestras eroribus corrupat, et excidatis ab illâ fidei simplici.

citate, que Christianum decet: et hinc mea in tales ministros zelotypia.

4. Etiam si novus ille doctor superveniens, et in labores nostros sese ingerens, alium Salvatorem prædicaret, verò alium Salvatorem quam ille, quem nos vobis prædicavimus; si tali magistro predicante, alium reciperetis Spiritum, quem per nos non acceperitis; si doctor ille aliud et præstantius doceret Evangelium, quam quod vobis tradidimus; rectè et meritiò talem iactabundum, et sese nobis anteponentem pateremini.

5. At sanè non ita se res habet: arbitratur enim quòd nec doctrinâ, nec operibus inferior sim, non dico istis falsis apostolis, sed et ipsis veris et primoribus apostolis.

6. Esto pseudo-apostoli sint nobis sermone Græco peritiores, sed non sunt in rebus divinis doctiores. Hanc divinum scientiam, quæ apostolum decet, calleo; vos ipsi scitis, quia in omnibus manifesti fuimus apud vos, et dictis et factis.

7. Aut fortè culpam commisi, et propterea me minus æstimatis, quia apud vos memetipsum humiliavi, ut vos hæc meâ humilitate exaltarem in fide: aut fortè peccavi, quia gratis omnino Evangelium Dei vobis annuntiaui?

8. Alias Ecclesias pauperes feci, ab eis necessaria recipiens, ut vobis sine sumptu inservirem.

9. Et vobis presens, vobisque serviens, et rebus necessariis destinatus, nulli vestrorum molestus fui; quia quod mihi deerat ad vite necessitates, et labore manuum lucrari non potui, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia: sicut autem in omnibus hactenus cavi, ne forem ulli onerosus; ita et in posterum cavebo.

10. Verum dico, testis est mihi Veritas ipsa Christus; non Corinthi solum, sed et in totius Achaie regionibus, hæc mea Evangelij vobis prædicandi gratuitò gloria non abruptetur.

11. Cur id apud vos ago? an quia vos non diligo; idèd et dona respo? Deum mei cordis inspectorem testor, quia vos diligo, imò et deperco, v. 2.

12. Id igitur facio, et faciam, seu in totâ Achaia et gratis prædico, et prædicabo, ut pseudo-apostolis amputem occasionem, quam quaerunt nobis pares esse, de quo gloriantur; aut sanè sicut et nos nihil à vobis accipiant.

13. Querunt, inquam, nobis esse similes: nam hujusmodi homines falso titulo, et nomine tantum Apostoli, sunt operarii dolosi, qui apostolorum Christi larvam circumferunt, cum sint Satanae ministri.

14. Et non mirum quòd isti personas assumant apostolorum, cum ipse Satanas, eorum doctor, et temerarius angelus, sese præstigio transfiguret in angelum lucis.

15. Non est ergo quòd velut magnum miremur si Satanae ministri induant figuram apostolorum, qui veritatis et justitiæ sunt ministri: at larvam tandem detrahat Deus, eisque pœnas dabit factis iniquis debitas.

16. Repeto quod initio dixi, ut me patiamini, si quid ad meam laudem dixerò; nec quis me propterea putet insipientem: nec enim id ago sine ratione: quòd si tamen id à vobis non valeam obtinere, ut insipientem me accipite; et forte ut tantisper glorior.

17. Quod in hæc gloriatiois materiâ loquor, si verba spectetis, non loquor secundum Deum, habent enim stultitiæ speciem; sed si animum et charitatem spectetis, secundum Deum loquor, ne scilicet Christi ministro contempto, adhæreatis Satanae ministris:

18. Quandoquidem tot alii de rebus carnalibus et externis gloriantur, et illos fertis patienter; et ego illo- rum insipientiam secutus, tantisper gloriabor, sperans quòd et patienter feretis.

19. Sapientes enim cum sitis, libenter tamen insipientes, me multò molestiores tolerantis.

20. Sufferitis enim si quis illorum imperioso dominatu vos in servitium redigit; si quis bona vestra sumptibus consumit; si quis numeribus acceptis, vestras facultates extenuat et exhaurit; si quis fastu sese extollit, ut vos deprimat; si quis palmâ vos in faciem cedat, seu habeat ludibrio.

21. Per modum contumeliæ et exprobrationis hoc dico vobis: hæc enim cum vobis faciant illi, eos tamen me pluris facitis. Quasi nos in hæc parte simus illis infirmiores seu inferiores, et idèd minus æstimandi à vobis. Hanc illis cedo præcellentiam, sed non aliam. In quæcumque alia re quis eorum audeat gloriari, ut minus sapiens loquor, et ego audebo gloriari.

22. Si gloriantur quòd Hebræi sunt, et ego sum Hebræus; quòd Israelitæ sunt, sum et ego; quòd posterius sint Abraham, et ego quoque.

23. Quòd ministri Christi sunt, aut saltem se dicunt; stultè, sed verè loquor; ego plus quam illi; pro Christi Evangelio plures sustinui labores quam illi; sæpius et diutius in vinculis fui quam illi; in verbis longe frequentius quam illi; sæpius in mortis periculis quam illi.

24. A Judæis quinquies caesus fui, et quadragenas plagas, una minus, accipi.

25. A gentilibus ter virgis caesus sum; semel lapidatus sum; ter naufragium feci; noctem et diem exegi in profundo mari, periculis unius, cum summâ vite desperatione.

26. Pro eodem Christi Evangelio sæpè, non longa tantum et molesta, sed et periculosa suscepti itinera; sæpè fui in periculis fluminaum, in periculis scierorum, in periculis ex persecutione Judeorum; in periculis ex persecutione gentium; in periculis in civitate obortis, periculis in deserto, periculis in mari, ex parte Iudeorum; Act. 20, 5; ex parte nautarum trucidare volentium; periculis à simulatis, et falso nomine fratribus.

27. Quot alii labores pro Christo suscepti? Quot molestiæ et fatigationes perpessa? vigiliæ multæ; fames et sitis sæpè tolerata defectu esculentorum; jejunia crebra spontè suscepta; frigidis et nudatis molestia sæpè perpessa.

28. Præter hæc, que extrinsecâ sunt, et corpus

tangunt, alia sunt quae angunt animum, nimirum moles negotiorum mihi quotidie, quasi agmine facto, incumbendum; sollicitudo quam pro toto Ecclesiis gero.

29. Quis fidelium infirmatur, et ego per intimum cordis affectum non infirmor? Quis offenditur, cuius offendendo non urar, seu animo discrucier?

30. Si gloriam mihi sit; de his gloriari passio-nibus et humilitatibus pro Christo toleratis; non de his magnitudinibus, de quibus gloriatur pseudo-apostoli.

31. Deus omniscius, et Pater Domini nostri Jesu

Christi, qui est in omnem aeternitatem laudabilis, scit quod verum dico, nec quidquam addo.

32. Cum essem Damasci, is quem rex Aretas prope-suerat illi genti, dispositis ad portas die ac nocte militibus excubiis, civitatem Damascenam custodiebat, modis omnibus agens, ut me comprehenderet, ut in gratiam Judaeorum occideret:

33. Et per fenestram e meo nocte à discipulis, fume demissus sum, in sporta inclusus, et hoc modo evasi perfecti manus.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — UTINAM SUSTINERETIS MODICUM QUID... Græc., *utinam toleraretis meam paulisper insipientiam*. Syr., *utinam verò toleraretis me paulisper, ut loquerer insipienter*. Græc. et Syr. parum, seu paulisper jungunt verbo *toleraretis*. Nostra Vulgata nomini *insipientie* jungit; *modicum quid insipientie* MEÆ, id est, quamdam insipientie mee particulam. Quod majorem exprimit humilitatem; quasi hæc non sit tota Pauli insipientia, sed tantum particula. *Insipientiam* autem hic vocat, gloriari, suas laudes dicere; quia reverà insanent est se laudare, nisi gravis causa subsit, ut hic suberat: et tunc quidem hanc causam ignorantibus, hoc videtur insipientia. Vocat ergo insipientiam, quod insipientie speciem præ se ferebat; et quod aliquibus ut insipientes videri poterat. Sensus ergo est: Utinam vos patiamini memetipsum laudare. Paulumque à Paulo commendari: hoc equidem insanum foret, nisi ad id cogere.

SED ET SUPPORTATE ME; sed ad illud cogor; itaque, queso, me toleretis.

Observatio moralis.

Humilitas est vera christiani sapientia, quam nos Christus, Dei Sapientia, docuit factis et verbis: *Discite à me quia humilis*, etc. Seipsum ergo laudare vera insipientia christiano videri debet. Hinc nunquam sine magna humilitate prævia debet christianus, etiam ubi necessitas est, semetipsum laudare. Hoc Paulus suo nos docet exemplo; qui coactus suas hic laudes dicere: hic, inquam, ubi agitur de apostolatibus sui tuitione, de præcationum suarum fructu, de animarum salute, quas per Evangelium Christo generat: veniam tamen sibi multoties precatur; insipientem se pluries dicit, humilitatemque maximam præ se fert, contra ordinarias humilitatis regulas agere coactus.

VERS. 2. — EMULOR ENIM VOS... Græc., *zelo vos*. Syr., *nam zelotypus sum erga vos*.

Dat rationem et cur desipiat, et cur insipientiam

VERS. 1. — *Utinam sustineretis modicum quid insipientie mee!* id est, gloriacionis, que videtur esse insipientia; ego tamen sapientissime eam usurpo ex zelo, ut Evangelium meum et fidem apud vos tunc contra pseudo-apostolos. Ita Anselm., Chrysost.

Sed et supportate me; quod opto ut meam insipientiam toleretis, id etiam peto ut faciatis.

VERS. 2. — *Annulo enim vos Dei emulatione*. Zelotypus sum erga vos zelo Dei, q. d.: Non ambio mihi hanc sponsam, sed Christo et Deo, non mea gloria, commodis, lucris, sed Christi, omnia hæc adorno

ejus debeant tolerare Corinthii. Ad hanc enim inopiam deducit me, non mei proprius amor, sed Dei et vestri vehemens et purus amor. *Ardeniter vos in Deum deperco*. Gageus. Zelotypus sum erga vos, zelotypia laboro; eo vos amore diligo, qui corvalem non patitur.

DEI EMULATIONE. At zelo Dei erga vos zelotypus sum. Non mei causa, sed Dei causa, et salutis vestre zelo. Erga vos sum zelotypus, sicut et Deus erga nos dicitur zelotes, non ut ipse questum hinc faciat, sed ut salutem nobis afferat.

RESPONDI ENIM VOS... SYR., *Respondi enim vos viro unico, virginem castam, quam offeram Christo*. Explicat cur et quomodo erga illos sit Dei zelo zelotypus. Ex una parte, ego tanquam spiritualium nuptiarum pronubus et conciliator, per fidem vos, id est, Ecclesiam vestram, *despondi uni viro*, scilicet Christo; et eam volo, VIRGINEM CASTAM, et integram illi tanquam marito exhibere.

VERS. 3. — TIMEO AUTEM... Ex alia parte vereor ne sicut Satanas, sub serpentis figurâ latens, Evam seduxit astutiâ suâ; sic et per hos pseudo-apostolos, Satanae ministros, mentes vestre corrumperant erroribus;

ET EXCIDATIS A SIMPLICITATE, QUÆ EST IN CHRISTO, id est, et excidant ab illâ fidei, et morum simplicitate, quæ christianum decet. Græc., *ita corrumperunt mentes vestras à simplicitate illâ in Christum*. Syr., *quæ est erga Christum*, id est, quæ creditur in Jesum Christum. Verbum *excidatis* additum est ab interprete nostro, majoris claritatis gratiâ.

Et hinc zelus meus, meaque zelotypia. Vos ardeniter in Deum deperco, vos despondi Christo, vos illi volo servare castos et puros in fide. Aliunde verò vos ambiunt Satanae lenones, qui fidem vestram corrumperere student. Hinc mea zelotypia. Hinc illos ferre non valeo, hinc insipientia mea, seu hinc me laudare

Christus enim sponsus est, ego tantum sponsus ductor et paranymphus.

RESPONDI ENIM VOS UNI VIRO VIRGINEM CASTAM EXHIBERE CHRISTO. Dicitur autem *virgo*, propter integritatem fidei claritatem informatam. Desponsatio hæc fit per fidem, spem, aliisque virtutes. Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 15. in Joan., *virginitas mentis et integra fides, solida spes, sincera charitas*.

VERS. 5. — *Timeo autem ne... excidat à simplicitate*, etc., id est à simplici, purâ et incorruptâ fide, quam habetis in Christum.

cogor, ut mihi apostolo Christi credatis; et hos animarum corruptores deprimere, ut ab illis caveatis. Insipientia itaque mea non est insipientia, sed sapientia, seu Dei gloria, et salutis vestre zelus: tolerare igitur me taliter insipientem, seu me memetipsum commendantem, ad vestrum profectum magis quam ad laudem meam.

Observationes morales.

Ex secundo versu collige 1^o quod quælibet anima fidelis per baptismum Christo despondetur, seu fit per fidem sponsa Christi: Annulo suo subarravit me Dominus meus, dicere potest omnis anima christiana; 2^o quod plures anime, una Ecclesia particularis, imò et tota universalis Ecclesia, sint una sponsa, sicut et Christus est unus sponsus; una, inquam, per unitatem fidei, et vinculum charitatis. 3^o hujus sponsæ virginitas est fides incorrupta: hinc rem novam! exclamavit divus Chrysostomus, in mundo post nuptias non manent virgines, quæ virgines erant; hic post nuptias sunt virgines, quæ non erant virgines; 4^o hujus sponsæ dos, regnum colorum, ait divus Chrysostomus, sicut sponsus Christus rex, ita sponsa regina. Hujus sponsæ nuptiæ in hoc seculo preparantur, in futuro consummantur. Preparantur per fidem, spem et charitatem. At consummantur per speciem et visionem, quando indissolubili vinculo copulabitur Christo. Hæc quidem omnibus christianis animabus conveniunt, à specialibus animabus religiosis, quæ Christo etiam in hæc vitâ perfectius uniuntur. Vide Cornelium à Lapide.

VERS. 4. — *NAM SI IS QUI VENIT...* His quasi præfatis, ostendit Corinthiis, quod immerito tales magistris pluris faciunt, cum nihil eos doceant, quod præter non docerit. Etenim si novus ille apostolus superveniens, et in labores nostros sese ingerens, alium Jesum, seu Salvatorem, prædicaret, et qui verè sit alius et excellentior, quam ille, quem vobis prædicavi; si tali magistro prædicante, alium reciperetis Spiritum, et qui præstantiora vobis dona conferret, quam quæ recepistis me prædicante; si magister ille aliud Evangelium, præstantius et meliora promittens, vobis prædicaret; quam quod vos docui; rectè et merito pateremini talem magistrum jactandum et sese nobis præferentem; at sanè non ita se res habet.

VERS. 5. — *EXISTIMO ENIM NIHIL ME MINUS FECISSE...* Arbitror enim quod nec doctrinâ, nec operibus sim inferior; non dico, istis pseudo-apostolis; sed et ipsis

VERS. 4. — *Nam si is qui venit, alium Christum, prædicat, quem non prædicavimus*; q. d.: Si pseudo-apostoli aliam doctrinam perfectiorem de Christo vel Christi prædicarent, quam ego non prædicavi; quasi prædicatio mea ad salutem et Christianisni perfectiorem non sufficere.

Aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, q. d.: Si alia dona Spiritus sancti, que per me non accepistis, acciperetis à pseudo-apostolis istis. Aut aliud Evangelium quod non recepistis, rectè pateremini, vel sustineretis, q. d.: Ubi est ille alius spiritus, alia dona, quæ jactant? Sanè nusquam comparent. Testes vos appello, qui nihil aliud quam ventosa verba ab eis accepistis.

VERS. 5. — *Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis*. Vocat magnos eos qui inter apostolos eximi erant et summi, quales Petrus et Jacobus et Joannes.

VERS. 6. — *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ*; Etsi, quod ad sermonem attinet quo vobiscum loquor aut scribo, sim imperitus ac velut idiota, non tamen quoad scientiam eorum quæ docere me proficere, scilicet divinarum, et ad vestram salutem spectantium. Nam utique sine hujus modii scientiâ, verus Christi apostolus ac doctor gentium esse non possem.

In omnibus autem manifestati sumus vobis, id est, nihil apud vos dissimulante agi; totus et per omnia vobis manifestatus sum.

magnis et excellentissimis apostolis, Petro, Joanne, Jacobo; ita D. Chrysostomus, et omnes antiqui. Quamquam recentiores multi putant per ironiam hic pseudo-apostolos vocari supra modum apostolos, seu, ut est in Græco, *super valde apostolos*. Et juxta hunc sensum melius coherent omnia et præcedentia et sequentia. Sed nihil cogit antiquos Patres deserere.

Observa quod qui, 1 Cor. 15, 9, dixit *Non sum dignus vocari apostolus*; nunc ubi necessitas postulat, dicit: *Existimo nihil me minus fecisse à magnis apostolis*. Non erubescit se excellentioribus apostolis equiparare; quia id postulat charitas et animarum salus. Omnia ad aliorum utilitatem, et Dei gloriam.

VERS. 6. — *NAM ET SI IMPERITUS...* Græc., *idiota*, id est, indoctus sermone. Syr., *incultus sermone*. Vide paraphrasim. Juxta antiquos hæc non referuntur ad versiculum præcedentem, sed est responsio novæ adversariorum objectioni, Paulo sermonis ruditatem improperantium.

Fateor quod sermone sum rudis; at rerum divinarum scientiam calleo, quæ divinum præconem decet.

Non curat secularem sapientiam, quæ, ut 1 Cor. dixit, evacuat crucis Christi gloriam; sed scientiam Dei, veram sapientiam habere glorior. Talis sit homo verè apostolicus. Indirectè sermonis nitorem et peritiam concedit pseudo-apostolis, at eis negat scientiam; sermone sunt periti, sed scientiâ Dei indocti. Quot et hodie hujusmodi homines! IN OMNIBUS AUTEM MANIFESTATI SUMUS VOBIS. Græc.: *Sed in omni manifestati in omnibus in vos*. Syr.: *Verum in omnibus manifesti sumus apud vos*. Hic quoque falsus perstringit apostolos, utpote in versutâ ambulantes, quasi diceret: Non sicut illi aliud sumus, et aliud apparemus: sed in omnibus et omnino apertè vobiscum agimus, ita ut et dictis et factis simus vobis manifesti.

AN D. PAULUS REVERÀ FUERIT SERMONE IMPERITUS? — Resp. 1^o quod sine fundamento ex hoc versiculo collegerint aliqui D. Paulum fuisse balbum, seu impeditæ linguæ: dicitur enim hic imperitus, idiota, incultus, non impeditus. Resp. 2^o quod D. Paulum non adfuerit sermonis perspicuas; nec Græci sermonis elegantia; ut patet legenti: sed in rudi sermone fuit illi nervosa eloquentia, et ubi voluit, divinum dicendi artificium. Hinc aliqui dicunt illum eloquentissimum, ut D. Augustinus, alii negant, ut Origenes, et D. Hieronymus.

VERS. 5. — *Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis*. Vocat magnos eos qui inter apostolos eximi erant et summi, quales Petrus et Jacobus et Joannes.

VERS. 6. — *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ*; Etsi, quod ad sermonem attinet quo vobiscum loquor aut scribo, sim imperitus ac velut idiota, non tamen quoad scientiam eorum quæ docere me proficere, scilicet divinarum, et ad vestram salutem spectantium. Nam utique sine hujus modii scientiâ, verus Christi apostolus ac doctor gentium esse non possem.

In omnibus autem manifestati sumus vobis, id est, nihil apud vos dissimulante agi; totus et per omnia vobis manifestatus sum.

VERS. 7. — AUT NUMQUID PECCATUM FECI? Græc. *an peccatum feci...* Syr., *aut fortè culpam commisi...*

His verbis Corinthios acriter pungit, simul et magnum sui et pseudo-apostolorum discrimen ostendit, quòd humiliter et gratis Evangelium predicaverit, quòd ipsi cum fastu et pro lucro. Numquid fortè peccavi, et idèò me minus estimatis, quia humilis apud vos factus sum; vile officium exerceas, et labore manuum meorum victum mihi comparans? Non superbi me gessit, nec meo fastu vos oppressi, sicut illi; et hoc mihi peccatum,

Ur vos exaltemi; id est, ut hâc meâ humilitate vos exaltarem in fide: seu ut vos facilius Christo lucrarem; ad ejus gratiam atraherem, per quam everherminali gloriam,

QUONIAM GRATIS EVANGELIUM DEI EVANGELIZAVI VOBIS? An mihi imputatis ad culpam, quòd gratis omnino, et sine lucro, et sine stipendio vobis predicaverim?

Nota in hoc versiculo duplicem apostolicam D. Pauli predicantem virtutem: humilitatem in sua conversatione; paupertatem in corde et in praxi, seu in usu. Nec pretium aut lucrum vult, aut recipit pro predicatione; nec stipendium ad sustentationem necessarium suscipit. Talibus virtutibus proximi promovetur salus, humilitas cordis, etc., paupertas spiritus, virtutes vere apostolicæ, sed heu! quàm pauci sectantur eas!

VERS. 8. — ALIAS ECCLESIAS EXPOLIAVI. Quod in versu precedente dixit, hic et in versiculo sequente exaggerat, præsumensque peccatum quasi aggravat. Vide paraphrasim.

STIPENDIUM. Græc., *ὄψωνος*, modicum quid, quale datur militi.

VERS. 9. — ET CUM ESSEM APUD VOS... Et apud vos præsens et existens: pro vobis diu nocturne laborans, et omnibus indigens: seu vobis præsens, vobis serviens, rebus necessariis destitutus.

NULLI ONEROSUS FUI, id est, nulli vestrum molestus fui: nec idèò sequor fui in ministerio vestro. Græc., *non obortui cuiquam*. D. Hieron. ad Galas., quæst. 10, dicit hanc dictionem esse Cilicibus peculiarem.

NAM QUOD MIHI DEERAT, ad vite necessitates, super

VERS. 7. — *Aut numquid peccatum feci, meipsum humiliatis, ut vos exaltemi?* An peccatum feci meipsum humiliatis, deiciens ad scenopogoniam, et labores manuum, quibus victum mihi pararem, humiliiter nempe et tenuiter, sumpta meo victuatis; ne vobis essem oneri, sed vos potius exaltarem et honorarem hâc meâ humilitate; q. d.: An hoc ipsum quod gloria est et beneficentia, improprie mihi?

Quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis, q. d.: Usque ad eum non peccavi in vos, ut et singulari beneficio vos afficerem, gratis Evangelium predicans, quod apud alios non feci.

VERS. 8. — *Alias Ecclesias expoliavi*, etc. Sensus est: Ab aliis Ecclesiis, quavis essent vobis pauperiores, ut prout spoliari ac denudari viderentur, accepi stipendium ac sumptum necessarium, ut vobis Evangelium ministrarem.

VERS. 9. — *Et cum essem apud vos, et egerem; nulli onerosus fui*. Sed strenuè meis manibus laboravi; nec tamen in predicatione obortui, sed aequè diligen-

PLEVERUNT, supra id quod labore manuum lucrabar. Act. 18, v. 5.

FRATRES, QUI VENERUNT A MACEDONIA. Act., 18, v. 5.

ET IN OMNIBUS SINE ONERE ME SERVAVI ET SERVAVO. Ne quis autem putet hæc ab eo dici, ut ab illis in posterum accipiat; addit quòd sicut lacteus in nullo fuit onerosus, sic nec erit in futuro: gratis ministravi, gratis ministrabo, et cavebo ne cuiquam sin oneri. Timuit Apostolus ne ipsa vite necessaria recipiens, foret onerosus. Illic saltem timeamus superflua recipere.

VERS. 10. — EST VERITAS IN ME... Jurat quòd idem observat semper, seu nihil à quopiam recipiet in Achaia.

Verum dico, Christus Veritas, est mihi testis; quòd hæc gloriorio, Evangelii vobis predicandi gratis, per me non abrumptur apud vos et in totâ Achaia.

NON INFRINGETUR. Græc., non obturabitur. Metaphora ab amibibus sumpta, aiunt Patres Græci Chrysostomus, Theophylactus; quasi diceret: Donis vestris non obturabitur, aut obstructis cursum hujus mee glorie, sed fluet indesinenter per omnes Achaiae regiones, cujus metropolis erat Corinthus. Idem hic significat Apostolus quod in 1 Cor., cap. 9, v. 15: *Bonum est mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.*

VERS. 11. — QUARE? QUIA NON DILIGO VOS? Cur ita facis apud nos? An quia nos non diligis, idèò dona nostra respuis? Solemas enim eorum, quos non diligimus, dona contemnerem.

Hieròni jurat, Deum cordium inspectorem testem adhibens, quia eos diligit. Dona quidem sunt respicienda, sed sine contemptu, imò cum gratitudine, et cum affectu.

VERS. 12. — QUOD AUTEM FACIO, ET FACIAM... id est, id facio et faciam, seu gratis evangelizo, et evangelizabo non solum Corinthi; sed in totâ Achaia; id pseudo-apostolis amputem occasionem, quam querunt nobis esse similes et pares, de quo GLORIAMUR.

Oplabant pseudo-apostoli ut aliquid reciperet Apostolus; sicque dicere possent quòd, ad ejus exemplum ter omnibus et singulis docendo, monendo, consulendo, me impendi: atque si nihil aliud, nulla vite sustentandæ necessitas curare mihi incubisset.

Nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedonia; et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo. Addit autem de futuro tempore, nec commemorando præteritum absentiam, videatur admonere Corinthios quod in posterum erga se facere debeant.

VERS. 10. — *Est veritas Christi in me*, in veritate Christi loquor, testor Christi veritatem; vobis ego per Christum (Ambros., *sub Christi testimonio*) verè sanctæque affirmo ac juro me nihil pro sumpta à vobis accepturum. Ita Theoph.

Quoniam hæc gloriorio, quòd gratis vobis evangelizaverim, non infringetur in me in regionibus Achaiae. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit, aut vos non diligam.

VERS. 12. Quod autem facio, et faciam, id est, sed quod hactenus facio, gratis per Achaiam predicans

ipsi recipere; et consequenter gloriarì quòd in hoc ipsi similes et pares forent; quem aliunde se superare factabant, scilicet in eloquentiâ. Ut hæc eis gloriorio occasione amputet Apostolus, nihil recipit, nec vult recipere; ut pateat omnibus quòd in hoc saltem sint illo inferiores. Aliter Græci, qui supponunt quòd pseudo-apostoli gratis quoque predicare gloriantur. Hoc saltem simulabant, ait D. Chrysostomus, sed furim et occultè recipiebant. Illis, inquit, Paulus præcudit occasionem gloriorio, quam querebant inde; quia hæc in re, non habebant quòd gloriantur, cum Paulo forent tantum pares. Sed probabilis est quòd palam accipiebant pseudo-apostoli, cum de eis loquens, v. 20: *Sustinetis... si quis devorat, si quis accipit.*

VERS. 13. — NAM EJUSMODI... Hos falsos apostolos vivis hic pingit coloribus; simul et explicat quòd dixit, querent nobis esse similes. Nam hujusmodi homines falso titulo et nomine tenus apostoli sunt, à Christo non missi, nec à Christi veris apostolis.

OPERARI DOLOSI, fallaces, qui omnia ficto faciunt animo et ut fallant; D. Chrysostomus.

TRANSFIGURANTES SE... assumunt Christi apostolorum personas, cum reverè sint ministri Satane. Larvam apostolorum circumferunt, non autem vim ac facultatem; Chrysostomus.

VERS. 14. — ET NON MIRUM... Et hæc in re nihil novum. Nam Satanas, ipse angelus tenebrarum, transformatur in angelum lucis; malus in bonum.

VERS. 15. — NON EST ERGO MAGNUM... non est ergo quòd miremur tanquam magnum, si ejus ministri figuram ac personam induant apostolorum, veritatem, pietatem ac veram justitiam annuntiantium.

QUORUM FINIS ERIT... et tandem larvam eis detrahet Deus, penamque dabit factis iniquis debitam. *Finis eorum erit secundum opera illorum*, id est, malus.

Ab ipso Ecclesie exordio fudè falsi doctores, hypocrite, apostolorum Christi larvam circumferentes; ut fideles deciperent. Ab ipso mundi exordio Satanas, humane salutis adversarius, tenebrarum angelus, sese in lucis angelum transformat, ut facilius decipiat.

Hinc discamus timere, cavere, rogare, et ne nos

Evangelium, idem et facturus sum deinceps.

Ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur inveniantur sicut et vos. Gloriantur in predicatione se esse mihi pares, cum sint inferiores; ego enim gratis, ipsi lucri causâ evangelizant. Ita Anselm., Chrysost., et Theoph.

VERS. 15. — *Nam ejusmodi pseudo-apostoli, sunt operari subdoli, seu dolosi*. Ingerelant seipso, mentientes se missos esse. *Transfigurantes se in apostolos Christi*, scilicet à seipsis, id est assumptis personam apostolorum Christi, dicentes se esse Christi apostolos, sed falsos.

VERS. 14. — *Et non mirum*, quòd audeant se transfigurare in apostolos Christi.

Ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis. Dicit lucis; solent enim angeli boni, ut ipse beati, lucidi et gloriosi apparere, cum se ostendant hominibus. Secundo lucis, id est veritatis, justitiae, pietatis; hæc præ se fert Satanas, hæc promittit hominibus quorum vel oculis visibiliter apparet, vel phantasie se suæque consilia insinuat, ostendit, imprimit, cum vere sit angelus tenebrarum; quia non nisi peccata, errores, dolos suggerit.

inducens... sed libera nos à malo, à malo spiritu in bonum transformato: à malo doctore, apostoli larvam circumferente. Et hinc discamus nec in nobis, nec in homine, nec in angelo spem ponere; sed in solo Deo.

VERS. 16. — ITERUM DICO...; repeto quòd ab initio dixi, rursusque vos rogo, ut me patienter sustineatis, si quid ad laudem meam dixerò.

NE QUIS ME PERTE... nec propterea quis me putet insipientem, nec enim id ago sine ratione, sed ob causam. Stulta quidem res est gloriarì; ego verò non ut stolidus hoc facio, sed coactus; D. Chrysostomus.

ALIOQUIN VELUT INSPIENTEM...; quòd si tamen id, quòd à vobis peto, non possim obtinere; ut insipientem accipite me, et patienter sustinete; tantum mihi tantisper liceat gloriarì. Hic sensus naturalis est, nec primo hujus capitis versus contradicit, ut putat neotericus, qui vult licet ab Apostolo retractari, quòd ab initio dixit. Hincque particulam *iterum*, ipse solus, contradicentibus omnibus omnino versionibus, et interpretibus Græcis et Latinis, vult non significare, iterum, de novo; sed è contra, seu *totum à contraire*, me retracte. Quidquid sit de hæc *iterum* significacione in genere, sanè illa huic loco non convenit; idem enim in re nunc dicit Apostolus, quod in primo versu dixit. Ibi insipientiam vocavit gloriarì, quia speciem habet insipientiae, et insipiens videtur iis, qui causam ignorant. Hic autem rogat, ut propter hæc insipientiae speciem, non putetur insipiens, id est, vere insipiens; quia id non agit insipienter et sine ratione. Quòd si tamen ab eis non potest obtinere id quòd rogat; concedit ut velut insipientem ipsum accipiant, dummodo gloriarì permittant: idque concedit sapientissimè, proximi sui salutem suæ proprie famæ anteponendo.

In his ergo verbis patet et humilitas et charitas apostoli. Humilitas; excusatione toties iteratâ, ostendit sanè quàm invidus et coactus glorior. Caritas; hæc internam confusionem suam, imò et externam Corinthiorum propterea contemptum, animarum salutis sacrificandum.

VERS. 17. — QUOD LOQUOR... Fatetur quòd specie tenus et apparenter non agat secundum Christi doctrin-

VERS. 15. — *Non est ergo magnum*, id est, mirandum tanquam res magna. *Si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiae*, id est, figuram ac personam assumunt ministrorum justitiae.

Quorum finis erit secundum opera ipsorum, q. d.: Epsi fallant homines, Deum fallere non poterunt, à quo tandem recipient mercedem operibus suis debitam, hoc est, interitum et mortem æternam.

VERS. 16. — *Iterum dico ne quis me putet insipientem esse*, scilicet ob id quia meipsum predicò. Nam justa causa est cur id faciam. *Alioquin velut insipientem accipite me*, q. d.: Quòd si aliud impetrare non possum, accipite me velut insipientem, tantum ut mihi paululum gloriarì liceat. Nota. Valde premollit, ut ostendat quàm invitatus, et non nisi coactus descendat ad laudes suas. Ita Chrysost.

Ut ego modicum quid glorior, id est, ut cum illos amicos nostros toleratis tant multa de se iactantes, mihi quoque concedatis vel paulum de me ipso gloriarì.

VERS. 17. — *Quod loquor, non loquor secundum Deum*; quòd loqui propono et intendo, mecum scilicet laudes.

nam, qui nos humilitatem factis et verbis docuit, ut jam dictum est in commentario, v. 1. *Quod in hoc gloriationis argumento loquor*, si verba spectetis tantum externa, non loquor secundum Deum, speciem enim habent insipientis; si verò animum spectetis et verborum scopum, secundum Deum loquor. Ex charitate enim loquor; et ex necessitate me laudo; ne me Christi ministro contempto, credatis et adhaereatis Satanae ministris. Ago apparenter contra humilitatem, quae est vera sapientia, quam vos Deus, per Christum docuit; hinc non secundum Deum loquor. Sed id invitus ago et ex charitate: hinc non insipienter, sed quasi insipienter, seu quasi in insipientia, mea laus speciem habet insipientis quidem, sed est vera et secundum Deum sapientia.

IN HAC SUBSTANTIA GLORIE. Græc., ἐν ταύτῃ τῇ ὑπερηφανείᾳ; idem verbum in eodem sensu usurpatum reperies cap. 9, v. 4, scilicet in hac materia, seu in hoc argumento gloriationis. In hac parte gloriationis, ait Theophylactus post D. Chrysostomum.

VERS. 18. — QUONIAM MULTI GLORIANTUR... quandoquidem pseudo-apostoli, æmuli mei, gloriantur in rebus carnalibus et externis et ad apostolatam non pertinentibus; et illos sic gloriantes, inò ad nauseam usque jactabundos tolerantis.

ET EGO ILLORUM SECUTUS INSIPIENTIAM, tantisper gloriabor; sperans quòd et patienter feretis me utiliter gloriantem.

VERS. 19. — LIBENTER ENIM SUFFERTIS... Syt., *pacifice enim estis ad obtemperandum rationis expertibus, cum vos sitis sapientes*. Quasi diceret: Id èo facilis spero, quòd vos cum sitis sapientes, alios tamen suffertis insipientes, me multò molestiores. Insipientia mea vobis multò minus erit onerosa, quàm pseudo-apostolorum: mea ad summum erit verbosa, illorum verò est effectiva et effectibus molesta; vos enim tyrannicè regant, vos devorant...

VERS. 20. — SUSTINETIS ENIM SI QUIS... id est, si quis illorum duro et imperioso dominatu vos in servitute reddigit; seu regit et servos.

SI QUIS DEVORAT, id est, bona vestra consumit et exhaurit sumptibus.

SI QUIS ACCIPIT, à vobis munera, quibus vestras extenuat facultates.

Sed quasi in insipientiò in hac substantià gloriæ, in hoc subjecto, in hac materia gloriæ quòd gloriari de meis laboribus in sequentibus intendo.

VERS. 18. — Quoniam multi gloriantur secundum carnem, in rebus carnalibus et externis, puta in nobilitate, divitiis, sapientià, circumcissione, parentibus Hebrais gloriantur pseudo-apostoli, hinc et ego in iisdem gloriabor. Ita Chrysost.

VERS. 19. — Libenter enim suffertis insipientes, etc. Est ironia. Quasi dicat: Sustinistis insipienter jactantes se gloriabundos illos pseudo-apostolos, sustinebitis, spero, et me apud sapientes sapienter et utiliter gloriantem.

VERS. 20. Sustinetis enim si quis vos in servitute reddigit, qui imperiosè vobis utatur ut mancipiis. Significat imperiosam pseudo-apostolorum in Corinthios fideles dominationem, quæ eos propemodum ut servos premebat. Nam ad ejusmodi subjectionem pertinent quæ sequuntur.

SI QUIS EXTOLLITUR, fastu tumens, ut vos deprimat, et quandam in vos tyrannidem exerceat.

SI QUIS IN FACIEM VOS CREDIT, id est, habet ludibrium, seu contumeliam quasi alapam vobis impingit.

Ita quidem explicatur communiter hæc ultima pars; unde plerique verba sequentia, secundum ignobilitatem dico, explicant quasi dent sensum sequentem: Hoc intelligo, quantum ad contumeliam; non quòd de facto vos cædant in faciem, sed quòd contumelià, vos quasi viles afficiant.

Sed nonne fieri posset, ut quisquam pseudo-apostolorum ad hanc deveniret violentiam, ut palmam quemquam Corinthiorum cæderet; et hoc eis exprobraret Apostolus? Cùm omnia alia ad litteram sint vera, cur non et hæc pars? An minus est crimen, tyrannidem exercere, devorare, accipere, etc., quàm aliquo forè primò motu cedere? Hæc in re nihil affirmo; sed meum dubium expono.

VERS. 21. — SECUNDUM IGNIBILITATEM DICO... QUASI... obscurum est quòd ait; nam quoniam molestum ac grave erat, idcirco hoc ita collocavit, ut acerbiter obscuritate falleret; D. Chrysostomus.

Notanda ad intelligentiam.

Obscuritatem hujus loci probat explicationum varietas, omnes legi, omnes expendi, nullam penitus satisfacièntem inveni. Hinc textum attentius legi; omnes versiones contuli; et lux major affulsit. Græc.: secundum contumeliam dico. Syr., quasi eam contumelià dico. Arab., per modum contumeliæ et exprobrationis hoc dico; ac si nos infirmati essemus. Ex textu et ex his ejus versionibus concipio quòd D. Paulus superiora, in versibus 19 et 20 contenta, dixit per modum exprobrationis. Sed quibus? Ex ipso contextu patet quòd ipsis Corinthiis, quos in his versiculis alloquitur. Quid ergo Corinthiis exprobrat? Intelligit ex ipso contextu et ex eo, de quo hic agitur; scilicet: Hæc et alia, cùm vobis pseudo-apostoli faciunt; illos tamen estimatis, diligitis et pluris quàm me facitis.

QUASI NOS HAC IN PARTE INFIRMI, seu illis inferiores simus, id est, quasi verò nos propter infirmitatem idem vobis non fecerimus; et non propter humilitatem, modestiam et charitatem. Quasi verò non poterimus, sicut et illi, iisdem titulis abutentes, opprimere vos. Quasi verò talia, quæ dixi, facere, sit in illis virtus.

SI QUIS DEVORAT, id est, bona vestra extorquet. Significat inextinguibilem aviditatem quantum ad sumptus vite, quos identidem exigebant.

SI QUIS ACCIPIT, scilicet à vobis.

SI QUIS EXTOLLITUR, id est, extollit se supra vos, potestatem sibi vendicant in vos, seipsos laudant, se suaque magni faciunt et depreciant, dicendo se esse populum Dei, illos, ex genibus peccatores.

SI QUIS IN FACIEM VOS CREDIT, non alapis, sed contumeliis, in faciem exprobrantes quòd fueritis idololatæ, peccatores, immundi, quòd sitis preputium.

VERS. 21. — Secundum ignobilitatem dico, q. d.: Cùm dico pseudo-apostolos in faciem vos cedere, non simpliciter dico, sed quoad ignominiam et convicia quæ in vos jactant, et in faciem exprobrant.

Quasi nos infirma fuerimus in hac parte, q. d.: Sustinetis fortes, audaces, minaces et imperiosos pseudo-apostolos, me verò non sustinetis, sed contumelios tanquam infirmum, pusillanimum et timidum, quasi

tus et perfectio estimatione digna; et talia non facere, sit in nobis infirmitas et peccatum vestro contemptu dignum.

Ironia similis, inò eadem ac ea quæ v. 7; quasi diceret: An peccatum feci, quia humilis, pauper et modestus apud vos fui? quia ex charitate, et gratis omninò, vobis evangelizavi? quia vos non devoravi, non oppressi, contumelià non affeci? Et hæc eadem exprobratio tangit obliquè falsos apostolos: qui talia facientes, sese jactabant quasi magnos; et D. Paulum, ut infirmum et homuncionem deprimebant; hincque sese anteponebant illi. Quasi verò non illis hæc in parte simus inferiores; quasi talia facere sit virtus et perfectio; non facere peccatum. Hic itaque D. Paulus indignatione factus, et plura cogitans atque sentiens, quàm verbis exprimat, tacitus in corde, hæc egregiam concedit pseudo-apostolis superioritatem ac precellentiam. Esto, simus illis, hæc in parte inferiores; sintque nobis in eâ superiores; at sanè in nullà alià re præcellentiam illis concedo.

IN QUO QUIS AUDET? id est, in quacumque re quis eorum audeat gloriari.

INSIPIENTIA DICO, id est, quasi insipiens loquor, et ego gloriari audebo.

Observatio moralis.

D. Paulus, totius terrarum orbis doctor, speciatim verò Corinthiorum amantissimus pater, et apostolus, tot eximius virtutibus et præclaris dotibus insignitus; ab ipsis tamen Corinthiis, suis in Christo filiis, postpositus hypoeritis, falsis operariis et veris Satanae ministris; quæ et quanta injustitia! At quantum solamen omni prelato ecclesiastico, sua munia ritè peragenti, et à suis tamen inferioribus, in honore imò nobis habito! Hæc fuit semper consuetudo mundi, et erit usque in finem; ait Cornelius à Lapide, post Salmeronem quem citat; contumaciter resistere Dei servis, ad minimas occasiones obstrepere, et obmurmurare, de severitate moderatè conquiri; abhorreere ab omni disciplinà; impostoribus autem et pseudo-apostolis serviliter se subdere, omnia illis permittere; quicquid oneris imponere ipsis liberit, patienter sustinere: ita Israelitæ, contempto Samuele sancto, ac modesto, maluerunt ferre jugum fastuosi et tyranni regis, 1 Reg. 8.

Hoc in casu, superior gnavus et attentus, et ob id à suis despectus, cogitèd D. Paulum pseudo-apostolis postpositum à suis; et ob hunc iniquum sul despectum, dejectior non erit animo. E contra superior qui imperiosius agere non poterim quàm feci; q. d. Paulus: Potui sanè eadem licentià et imperio in vos uti, quò pseudo-apostoli usi sunt, sed nolui ex humilitate, modestià et charitate eximìa. Ita Chrys.

In quo quis audeat, supple gloriari (in insipientià, id est, quasi insipientis, vel insipienter dico), audeo et ego, scilicet gloriari. Sensus est: Quacumque illi sibi arrogat tanquam gloriosa, ego quoque mihi arrogabo.

VERS. 22. — Hebraei sunt, et ego, etc. Gloriosus erat Israelitæ dici quàm Hebræum; et semen Abraham dici, quàm Israelitam.

VERS. 25. — Ministri Christi sunt, per concessio-

officii sui negligens, et à suis tamen honoratus; cogitet pseudo-apostolos honoratos; attendat sibi et caveat, ne sicut honoris illorum, ita et vitiorum sit participes; saltem non superbiat ob honorem sibi et satanae ministris commum.

VERS. 22. — HEBRÆI SUNT, scilicet, origine et lingua, ET EGO SUM Hebræus origine et lingua Hebræi callo.

ISRAELITÆ SUNT, id est, ex posteris Jacob, non ex posteris Esau; ET EGO, sum Israelita.

SEMIN ABRAHE SUNT, id est, naturales filii, non proselyti. Hæc erat summa Judæorum gloria, de qua jactabant: Semen Abraham, filii Abraham sumus, qui fuit specialiter amicus Dei; cui facte sunt repromissiones à Deo, etc.

ET EGO SUM ABRAHE FILIUS. In hoc ego pares sumus.

VERS. 25. — MINISTRI CHRISTI SUNT; tales saltem se dicunt, licèt de facto satana sint ministri, v. 13. Esto sint, ut volunt, ministri Christi.

UT MINUS SAPIENS LOQUOR, sed tamen verè loquor, EGO SUM PLUS QUAM ILLI. Syr., et ego illis præstantior.

D. Chrysostomus, et ego his melior sum et præstantior. Observatio literalis et moralis.

Hoc probat in sequentibus; non miracula profertens, quæ fecit; non per excellentiora charismata quæ recepit: non per tot urbium, provinciarum et regnorum admirandum conversionem; quam, Deo dante, operatus est: sed per labores, plagas, carceres, fustigationes, quas pro Christo passus est, ut omnes Christi ministros doceat media, quibus possit præstantius sacro Christi apostolatu et ministerio communicare; nimirum si plurimum patiantur et laborent pro Christo.

Communicantes igitur Christi passionibus, gaudet, ò Christi ministri! quia sic et divino ejus apostolatu, cum D. Paulo, communicatis excellentius. Sicut oportuit laborare et pati Christum, et per labores et passionem sum saluatoris exercere ministerium, sicque in suam gloriam intrare. Ita et oportet pati et laborare Christi ministrum; per labores assiduos et passionem quamplurimas sum peragere ministerium, sicque gloriam æternam promereri. Hoc nos docet exemplum D. Pauli, per antonomasiam apostoli.

IN LABORIBUS PLURIMIS. Græc., in laboribus abundantius, id est, pluribus quàm illi. Syr., in labore plus quàm illi; in verbis plus quàm illi; in vinculis plus quàm illi, in mortibus plurim.

nem hoc dicit; et voce sent se Christi ministros, et ego sum, inò plus quàm ipsi, ut minus sapiens dico, hoc est, quasi insipienter delirans loquor. Tanquam dicat Apostolus: Ministri Christi sunt (stultè loquor, stultitiæ meæ ignoscite), plus et excellentius ego sum.

In laboribus plurimis, id est, pluribus quàm pseudo-apostoli.

In carceribus abundantius, in plagis supra modum, id est, in verberibus insolenter, et, ut ita dicam, excessivè mihi illatis, supra quàm dici vel credi potest.

In mortibus frequenter. Mortis periculis, ubi comites mei, aut alii vel à Istronibus, vel à seditionis cædebantur aut jugulabantur.

IN PLAGIS SUPRA MODUM. Græc., *excessivè*, id est, plus quam dici potest.

IN MORTIBUS, id est, in vite periculis; FREQUENTER.

VERS. 24. — A JUDEIS QUINQUE QUADRAGENAS, scilicet, plagas, *EXA MINUS*, id est, 59. Lex, Deuter. 25, 3, vetabat ne quadragenarius plagarum numerus excederetur. Hinc Judæi, ne excederet, sique legem certius observarent; triginta novem dabant tantum. Porro de his flagellationibus D. Pauli nihil in Act. Apost.

VERS. 25. — TER VIRGIS CÆSUS... à gentilibus, hinc colligitur quòd Judæi non virgis cæderent, sed fidebus seu nervis. De unâ tantum fustigatione in Actis, 16, 22.

SEMEL LAPIDATUS SUM. LYSIRIS, Act. 14, 18. TER NAUFRAGIUM FECI. De hoc nihil D. Lucas; illud enim naufragium, de quo Act. 27, 18, post hanc Epistolam scriptam evenit.

NOCTE ET DIE... IN PROFUNDO MARIS... Græc., non est, maris, sed tantum, *βυθῶν*, profundo, quod de omni profundo, seu carcere, seu puteo potest intelligi. Reverè Baronius intelligit profundissimum carcerem Cyzicenum, in quem D. Paulus sit injectus. Sed de carceribus jam dictum est, v. 25. Ille autem agitur de naufragio, et de ærumna naufragium consequente. Hinc bene noster interpres addidit: *In profundo maris fui*, id est, iuxta Theodoretum, scaphâ dissolutâ, totam noctem, diemque hinc et illuc à fluctibus impulsus transegi. Syr. pariter, *ter in naufragio fui*, die et nocte in medio mari, sine navigio fui. Ex his versibus patet quòd multa de D. Paulo prætermiserit D. Lucas in Actis apostolorum.

Observatio moralis.

Sed quale spectaculum nobis, in his versibus, exhibetur? Christi legatum video fustibus et virgis cæsum, quasi vile et pessimum aliquid foret nancipium; Evangelii Dei præconem video lapidibus obrutum, quasi blasphemus homo foret; Dei ministrum et servum fidelissimum video naufragum, et undis hinc et illuc pulsatum et exagitatum, quasi foret impulsus ab ipso Deo derelictus. Heu spectaculum scandalosum, si carnis oculis cernatur! *Si est scientia in excelsis?* At spe-

VERS. 24. — A JUDEIS QUINQUE, quadragenas unâ minus accepi. Jusserat Dominus, Deut. 25, ut plagarum numerus quadragenarius non excederet, cui certis et plenius satisfacerent Judæi, non quadraginta, sed unâ minus, scilicet triginta novem reis infligebant. Ita Talmudici.

VERS. 25. — TER VIRGIS CÆSUS SUM, à gentilibus. Semel lapidatus sum. Id passus est Lysiris Lyconia, potissimum à Judæis, adeoque graviter ut mortuus putaretur, quemadmodum refertur Act. 14. TER NAUFRAGIUM FECI, naufragatus sum, naufragium passus sum.

Nocte et die in profundo maris fui, id est, alto et medio mari diem noctemque undis jactatus egi. Ita Theophyl.

VERS. 26. — IN ITINERIBUS SÆPÈ, non solum molestis, sed et periculosis.

Periculis fluminum, quæ interdum non minus periculosa sunt navigantibus quam mare.

Periculis latronum, in quos inciderat iter faciens.

Periculis ex genere, ex gente mea. Insidias intel-

ligit, quas sæpè ipsi Judæi struxerunt. Periculis ex gentibus, id est, à gentilibus; sed his plerumque à Judæis in ipsum coniectis, ut ex Actis liquet. Periculis in civitate, velut Damasci, Hierosolymis, Ephesi, atque alibi. Periculis in solitudine, id est, in desertis locis, in quibus ei ab adversariis collocabantur insidie. Periculis in mari. Ille peculiariter loquitur de periculis sibi mare naviganti paratis ex insidiis hostium, maximè Judæorum, cujus exemplum habemus Act. 20, ubi scribitur factas illi fuisse insidias à Judæis navigaturo in Syriam. Periculis in falsis fratribus, id est, periculis quæ passus sum à simulatis et falso nomine Christianis.

VERS. 27. — IN LABORE ET ÆRUMNA. Significat vox Græca laborem cum difficultate ac fustigatione conjunctum. In vigiliis multis, in fame et siti. Inediam et penuriam passus est, gratis Evangelium predicans. In jejuniis multis. Jejunia ad purificandam mentem,

cauteum edificatorium, si fidei cernatur oculo! Hinc enim doceor, ærumnas, passiones, humiliações non horrere, quasi vera mala, sed æstimare quasi Dei dona servis suis preparata: *Vobis donatum est pro Christo, ut non tantum credatis in eum, sed et ut pro patria mori*. Hinc et doceor hæc mundi mala non fugere; sed amare, desiderare, ut bonorum æternorum radices; in eisque gloriari, quasi in vere glorie mellis et quasi principii. Affliccio mater glorie. Per hæc Christus et apostoli intrârunt in gloriam. Hæc sunt Clristi et apostolorum ejus insignia. Hæc sunt quibus prædestinavit Deus nos *facere conformes imaginis Filii sui*; ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Da mihi, ô Deus! hæc penetrare; hæc semper oculis fidei videre; ut crucem æstimem, diligam, reverer.

VERS. 28. — IN PRÆTER ILLA... pro magisterio Christi predicando et promovendo, longa et molestia et periculosa sæpè suscepti itinera. Ubique sparsa pericula: pericula in fluminibus navigandis et trajiciendis: pericula ex parte latronum; ex parte Judæorum, ex parte gentium; nunc in civitate, nunc in deserto, nunc terrâ, nunc mari. Ubique insidiæ: pericula denique à falsis fratribus: seu simulatis fidelibus. A principio enim diabolus injecti zizaniam, Theodoretus.

VERS. 27. — IN LABORE ET ÆRUMNA. Græc., in fustigatione et miseriâ. Quot labores graves et defatigantes eadem de causâ suscepti! Quot molestiæ perpesse!

IN VIGILIIS MULTIS, ad orandum, prædicandum, laborandum. IN JEJUNIIS MULTIS, spontè et ex religione susceptis. IN FRIGORE ET NUBITATE, ob vestitûs tenuitatem, qui non sufficiebat ad frigus arceendum. Heu! quantum et quale discrimen apostolica vite cum nostrâ; vite laboriosæ, cum otiosâ; vite patientis, cum molli et delicatâ; vite pauperis, abjectæ, contemptæ, cum divitiæ, honoratâ, superbâ! Erubescamus ita differre ab eis, quos gloriamur habere patres in fide. Erubescamus nihil pro nobis ipsis pati velle, pro quibus tot et tanta passi sunt apostoli.

VERS. 28. — PRÆTER ILLA... INSTANTIA MEA. Græc., *ἐπιβουλή*; significat conspiratio, oppugnatio, concursus. Hinc D. Chrysostomus hoc intelligit de factionis conspirationibus, seu seditiosis populis in Paulum; sed præterquam quod de eis actum est, v. 26, verba sequentia, SOLICITUDO ECCLESiarUM, determinant sensum ad negotia. Instantia igitur, hic, est concursus, conspiratio curarum, moles negotiorum, mihi quasi globo facto, quotidie instans; seu, ut ait Erasmus, incumbens mihi quotidiana sollicitudo pro Ecclesiis.

VERS. 29. — ET EGO NON UROR. Græc., *ἡγνέσκω*, vehementissimè discreditor, quasi in igne arderem.

VERS. 30. — QUÆ INFIRMITATIS... GLORIABOR et edomandam carnem, spontè assumptâ, quo fructuosius Evangelium prædicaret. Sic enim ait I Cor. 9: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, etc.*

VERS. 28. — PRÆTER ILLA QUÆ EXTRINSECUS SUNT, INSTANTIA MEA QUOTIDIANA. Instantia, hoc est, negotiorum moles mihi instans, circumstans et incumbens. Jam verò præter illa quæ foris et extrinsecus mihi accidunt, id est, corporis afflictiones et pericula, cujusmodi sunt quæ hæcenus recensui, sunt et peculiare animi dolores atque afflictiones, quibus excrucior Evangelii causâ. Nam quotidie ad me, tanquam apostolum Ecclesiarum, concurrunt undique à fidelibus, ob varias difficultates circa negotium evangelicium emergentes; quæ res animum meum inquietant majorem in modum.

SOLICITUDO OMNIUM ECCLESiarUM, id est, plurimum, scilicet earum quæ ipse fundaverat, aut quibus per se vel per discipulos suos Evangelium prædicaverat.

VERS. 29. — QUIS INFIRMATUR, dolet, affligitur, et ego non infirmor? non doleo, non affligor? Quis fidelium infirmatur animo, propendit ad lapsum, pronus est ad peccandum levi occasione, et ego non infirmor per intimum affectum commiserationis, metuens ac sollicitè cavens ne frater infirmus cadat?

VERS. 30. — QUÆ INFIRMITATIS... GLORIABOR

in afflictionibus, flagellis, carceribus, passionibus et reliquis enumeratis, et ob que apud homines videor abjectus, infirmus, et contemptibilis.

VERS. 31. — DEUS... SCIT QUOD NON MENTIOR. Jurat in re gravissimâ, et ad Deum pertinente. D. Chrysostomus ad sequentia refert hoc juramentum, plerique recentiores et ad præcedentia.

VERS. 32. — DAMASCI... URBS CAPITALIS SYRIÆ, non longè à monte Libano. Aretas, rex Arabiæ Petrææ, socer Herodis Antipæ, qui Herodes Aretæ filiam dimisit, ut Herodiadem, fratris sui Philippi uxorem duceret, hic Aretas Damascum tenebat, eique prædictum inposuerat.

VERS. 33. — QUIS SCANDALIZATUR, ET EGO NON UROR? hoc est, ignesco, incendior, ardeo tum dolore, quasi meum esset malum, quòd scilicet proximus eam scandalizatur; tum zelo, ut illum curem, et scandalum tollam.

VERS. 34. — SI GLORIAMUR, QUAE INFIRMITATIS MEAE SUNT, id est, de afflictionibus, flagellis, persecutionibus et passionibus pro Christo susceptis gloriabor, ob que videor infirmus, hoc est, abjectus, afflicus, imbecillis et contemptibilis. Ita Chrysostomus.

VERS. 31. — DEUS ET PATER DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, etc. Deus horum omnium testis est, qui novit me non mentiri, sed vera dicere; q. d.: Absit ut abatur ejus testimonio, cui omnis laus et honor debetur in omnem æternitatem.

VERS. 32. — DAMASCI PRÆPOSITUS GENITIS ARETÆ REGIS (sistera Aretæ regis; fuit hic socer Herodis; ait Theoph. Herodes enim Antipæ qui Joannem Baptistam occidit, filiam Aretæ uxorem duxerat, teste Josepho), custodiebant civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, scilicet Judæis adversariis meis tradendum. Nam Judæorum opus qui Paulum interficere cupiebant, factum esse quòd hic scribit, Lucas in Actis Apost. disertè exposuit.

VERS. 33. — ET PER FENESTRAM IN SPORTA DIMISSUS SUM PER MURUM, id est, per murum civitatis, idque nocte, et à discipulis, id est, Christianis, ut refert Actorum historia.

Corollarium pietatis, seu in hoc copite ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.

1^a Nota quòd humilitas est vera Christiani sapientia, quam Christus Dominus, æterna Dei sapientia, nos factis docuit et verbis. Meò Filius Dei factus est homo, aiebat humilis et verè seraphicus sanctus Pater noster Franciscus, ut homines doceret humilitatem. Intus ergo superbiere, vera est insipientia; et, ut ait Ecclesiasticus, 10, 15, *initium omnis peccati, et propterea semper malum*. Verbis autem semetipsum extollere, appares saltem est insipientia, quæ sine verâ necessitate, imò et sine præviâ magnâ humilitatis exhibitione, nunquam est licita. Hinc divus Paulus semetipsum laudare coactus, toties veniam petit, toties semetipsum insipientem dicit. A Christo Domino, humilitatis Doctore, veram discamus sapientiam, cordis humilitatem, quam semper et ubique servemus. A divo Paulo, Christi imitatore fidelissimo, discamus quantâ modestiâ et humilitate nobis sit utendum, etiam quando verè necessitate coacti, ordinarias humilitatis externe leges, nostris propriis laudibus infirmimus. Vide commentarium v. 1, 3, 16.

2^a Nota quanta sit animæ christianæ nobilitas. Per

fidem in Baptismo facta est sponsa Christi, Filii Dei. Hujus sponsæ virginitas, est fidei incorruptio. Hujus sponsæ dos est regnum celorum. Hujus sponsæ nuptiæ præparantur quidem in hoc seculo per fidem, spem et charitatem; at consummantur in celo per claram Dei visionem, et amorem beatificum. Vide v. 3, in commentario.

3^a Ab exemplo D. Pauli discat Christi minister quòd apostolici viri dux sunt præcipue virtutes, humilitas cordis, et paupertas spiritûs. In suâ conversatione sit humilis; in usu et in praxi sit pauper. Latrum non querat; imò dona respuat: sic tamen ut gratitudinem et affectum offerentibus testetur. Vide commentarium v. 7, 10, 11.

4^a Ab exemplo divi Pauli, pseudo-apostolis postpositi, solamen habeant zelationis prælati, si à suis subditis minus honorentur. E contra vero negligentiores à suis inferioribus honorati, timeant ne pseudo-apostolis sint etiam in aliis rebus similes. Vide commentarium, v. 21.

5^a Omnis Christi et Ecclesiæ minister discat media,

quibus sacro Christi ministerio dignè communicet, per laborem scilicet et passiones. Quò plus pro Christo, et animarum salute laborabit et patietur; eò dignius Christo animarum Salvatori communicabit, et dignior erit ejus minister. Vide commentarium, v. 25.

6° Hinc et nos omnes Christi fideles discamus quò CAPUT XII.

1. Si gloriari oportet (non expedit quidem), veniam autem ad visiones et revelationes Domini.

2. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit), raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum.

3. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit),

4. Quomam raptus est in paradysum; et audivit arcana verba que non licet homini loqui.

5. Pro hujusmodi gloriabor; pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis.

6. Nam, etsi volucro gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

7. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus Satanae, qui me colaphizat.

8. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet à me;

9. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cum enim infirmor, tunc potens sum.

11. Factus sum insipiens; vos me cogestis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum apostoli, tametsi nihil sum;

12. Signa tamen apostolatús mei facta sunt super vos, in omni patientiâ, in signis, et prodigiis, et virtutibus.

13. Quid est enim quòd minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam.

14. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos; et non ero gravosus vobis. Non enim quero que vestra sunt: sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.

15. Ego autem libentissimè impendam, et superimpendam ipse pro animabus vestris; licet plus vos diligens, minus diligar.

16. Sed esto, ego vos non gravavi; sed cum essem astutus, dolo vos cepi.

17. Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumveni vos?

modo passiones aspicere debeamus, non ut mala, sed ut aeternorum bonorum radices et principia. Vide commentarium, v. 25. Ex versu autem 27, erubescamus nostram mollem, et otiosam vitam cum durâ et laboriosâ Apostoli vitâ conferentes.

CHAPITRE XII.

1. S'il faut se glorifier, quoiqu'il ne soit pas avantageux de le faire, je viendrai maintenant aux visions et aux révélations du Seigneur;

2. Je connais un homme en Jésus-Christ, qui fut ravi il y a quatorze ans au troisième ciel (s'il ce fut avec son corps, ou sans son corps, je ne sais, Dieu le sait),

3. Et je sais que cet homme (s'il ce fut avec son corps, ou sans son corps, je ne sais, Dieu le sait),

4. Fut ravi dans le paradis, et qu'il y entendit des paroles ineffables, qu'il n'est pas permis à un homme de rapporter.

5. Je pourrais me glorifier, en parlant d'un tel homme: mais pour moi, je ne veux me glorifier que dans mes faiblesses.

6. Car quand je voudrais m'en glorifier, je pourrais le faire sans être imprudent, puisque je dirais la vérité: mais je me retiens, de peur que quelqu'un ne m'estime au-dessus de ce qu'il voit en moi, ou de ce qu'il entend dire de moi.

7. Aussi de peur que la grandeur de mes révélations ne me causât de l'orgueil, Dieu a permis que je ressentisse dans ma chair un aiguillon, qui est l'ange de Satan, pour me donner des soufflets.

8. C'est pourquoi j'ai prié trois fois le Seigneur, afin que cet ange de Satan se retirât de moi:

9. Et le Seigneur m'a répondu: Ma grâce vous suffit, car ma puissance se perfectionne dans la faiblesse. Je prendrai donc plaisir à me glorifier dans mes faiblesses, afin que la puissance de Jésus-Christ habite en moi.

10. Et ainsi je sens de la satisfaction dans les faiblesses, dans les outrages, dans les nécessités, dans les persécutions, dans les afflictions pressantes que je souffre pour Jésus-Christ; car lorsque je suis faible, c'est alors que je suis fort.

11. J'ai été imprudent, mais c'est vous qui m'y avez contraint, car c'était à vous à parler avantagement de moi, puisque je n'ai été en rien inférieur aux plus éminents d'entre les apôtres, quoique je ne sois rien par moi-même.

12. En effet les marques de mon apostolat ont paru parmi vous dans toute sorte de patience, dans les miracles, dans les prodiges, et dans les effets extraordinaires de la puissance divine.

13. Car en quoi avez-vous été inférieurs aux autres Eglises, si ce n'est en ce que je n'ai point voulu vous être à charge? Pardonnez-moi cette injure que je vous ai faite.

14. Voici la troisième fois que je me prépare pour aller vous voir: et c'esera encore sans vous être à charge, parce que c'est vous que je cherche, et non pas votre bien, puisque ce n'est pas aux enfants à amasser des trésors pour leurs pères, mais aux pères à en amasser pour leurs enfants.

15. Aussi, pour ce qui est de moi, je donnerai très-volontiers tout ce que j'ai, et je me donnerai encore moi-même pour le salut de vos âmes, quoique ayant tant d'affection pour vous, vous n'en ayez pas autant pour moi.

16. On dira peut-être qu'il est vrai que je ne vous ai point été à charge, mais qu'étant artificieux, j'ai usé d'adresse pour vous surprendre.

17. Mais me suis-je servi de quelqu'un de ceux que je vous ai envoyés, pour tirer quelque chose de vous?

18. Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne isdem vestigiis?

19. Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur; omnia autem, charissimi, propter ædificationem vestram.

20. Timeo enim me fortè cum venero, non quales volo, inveniam vos, et ego inveniam à vobis qualem non vultis: ne fortè contentiones, amulationes, animositates, dissensionis, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos:

21. Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, et luceam multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam super immunditiâ, et fornicatione, et impudiciâ, quam gesserunt.

ANALYSIS.

Ampliat gloriam suam Apostolus, et qui in capite præcedenti se ut Christi ministrum, præ pseudo-apostolis commendavit ob labores et passiones, que abundantiùs Evangelii causâ, pro illis toleravit, in hoc capite sese præ eisdem commendat, ob Dei dona sibi excellentiùs collata, ob visiones scilicet et revelationes.

§ ergo 2, 3, 4, suam narrat raptum in tertium cœlum: quem tamen modestè causâ exprimit, non in suo nomine, sed in tertii personâ; nec enim gloriari vult, nisi in infirmitatibus, v. 5.

§ 6. Posset plura hujusmodi dicere, sed supprimit, ne major videatur quam sit.

§ 7. Narrat quomodo, ne ob revelationes extolleretur, datus est illi stimulus carnis, angelus Satanae, cum continuè colaphizans; quomodo rogavit, ut tolleretur; Christi responsum, quia virtus in infirmitate perficitur: hincque navit Paulus in suis infirmitatibus gloriari, quàm in Domini revelationibus, v. 8, 9, 10.

§ 11. Excusat suam semetipsum laudandi licentiam, culpamque rejicit in Corinthios, qui apostoli sui apologiam texere debuissent; cum non fuerit apud eos præci-

PARAPHRASIS.

1. Si gloriandum sit; hoc equidem in se, et sine necessitate non expedit: sed cum ad id cogar, referam visiones et revelationes mihi à Christo Domino factas.

2. Novi quemdam christianum, qui ante annos quatuordecim raptus fuit (an in corpore, an extra corpus nescio, Deus scit); sed raptus est in tertium usque cœlum.

3. Et novi quòd ille homo (sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit)

4. Raptus est in paradysum, et ibi audivit ineffabilia verba, que mortalis homo non potest eloqui.

5. Pro tali homine, in cœlum sic raptò, gloriabor; pro me autem non gloriabor, nisi in meis infirmitatibus, que me vilius reddunt et abjectum.

6. Quanquam etsi in divinis etiam revelationibus gloriari volucro, non ero insipiens; siquidem eas referendo, veritatem dicam; et non sine necessitate; sed abstineo, nec de his plura dicam; ne quis me ma-

S. S. XXIV.

18. J'ai prié Titè d'aller vous trouver, et j'ai envoyé encore avec lui un de nos frères. Titè a-t-il tiré quelque chose de vous? n'avons-nous pas suivi le même esprit? n'avons-nous pas marché sur les mêmes traces?

19. Pensez-vous que ce soit ici encore notre dessein de nous justifier devant vous? nous vous parlons devant Dieu en Jésus-Christ; et tout ce que nous disons, mes très-chers frères, est pour votre édification.

20. Car j'apprends qu'arrivant vers vous, je ne vous trouve pas tels que je voudrais, et que vous ne me trouvez pas aussi tel que vous voudriez. J'apprends que je ne rencontre parmi vous des dissensions, des jalousses, des animosités, des querelles, des médisances, de faux rapports, de l'orgueil, des troubles et des tumultes;

21. Et qu'ainsi Dieu ne m'humilie lorsque je serai revenu chez vous, et que je ne sois obligé d'en pleurer plusieurs, qui étant déjà tombés dans des impuretés, des fornications et des dérèglements infâmes, n'en ont point fait pénitence.

puis apostolis inferior; cum ejus viderint apostolatús signa; cum ab eo non minora receperint dona, quàm quæ receperunt cæteræ ecclesie ab aliis apostolis, nisi quòd illis evangelizavit gratis, v. 12, 15.

Hujus injuriæ, si quæ sit, veniam ita petit, ut v. 14 testetur quòd in suo persistet instituto, nihiloque sit ab eis accepturus.

Hujus rei tres dat rationes affectu plenas. 1° Illos non querit salutem, non eorum dona. 2° Ut eorum pater, juxta naturam legem, vult filiis suis dare, non ab eis accipere. 3° Non sua tantum, ut pater, paratus est eis dare; sed et semetipsum pro eorum salute, v. 15.

§ 16. Refutat calumniam sibi ob adersariis illatum, quòd dolosè, non per se, sed per discipulos suos à Corinthiis pecunias extorsit, v. 17, 18.

§ 19. Affirmat quòd quæcumque dixit; non ad sui commendationem dixit, sed ad eorum ædificationem.

§ 20. Timet ne ad eos veniens, inveniat aliquos quales non optat; et ne propterea copatur apud eos esse qualem ipsi non desiderant, v. 21, 22.

jorem existimet, quàm facta et verba me declarant.

7. Et ne fortè revelationum sublimitate efferar in superbiâ, datus est mihi, impactusque carnis mee stimulus, Satanae minister, qui me colaphis cædat, seu ignominia afficiat.

8. Ob cujus molestiam ter Dominum rogavi, ut à me discederet ille Satanae minister.

9. Et mihi respondit interius; nec est necesse, nec expedit tibi ut discedat; sufficit tibi gratia mee auxiliium. Nam potentia mea in humana infirmitate illustrior apparet.

Hinc post tale responsum in nullâ aliâ re libentius gloriabor, quàm in meis infirmitatibus, ut immoretur et perliciat in me virtus Christi.

10. Quam ob rem mihi potissimum complacere ac condelector in infirmitatibus meis, in contumeliis, in egestatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo toleratis. Cum enim hæc pro eo patior, tunc verè Christi virtute, in me habite, potens sum.

(Vingt-huit.)